



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemerologivm Ecclesiastio-Rubricisticum Novum

Halden, Johann Baptist

Brixinæ, 1717

Titulus IV. Singularia Festorum Mensis Aprilis, qui habet dies XXX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39937

eam Passionis, celebratur eâ Feriâ DOLOROSâ, h. e. 7. Dolorum B. M. VI. non impeditur aliô Festo altioris de quo jam supra hoc Die, & plus Rirus, ex Indulto Sedis Apostolicæ bus suô locô P. I. de FERIA VI. nonnullis in locis FESTUM MATRIS Hebâ: Passionis.

TITULUS IV.

Singularia Festorum Mensis Aprilis, qui habet dies XXX.

SI intra hunc Mensem currat tempus Quadragesimale, tunc in *Feriali Officio* quavis FERIA II. dicitur in *Choro Officium Defunctorum*: FERIA autem IV. dic: *Psalmi Graduales*: ac demum FERIA VI. *septem Psalmi penitentiales cum Litanijs* (præterquam in FERIJS majoris Hebdomadæ) modò supra sub initium præcedentis Mensis, & P. I. declaratò.

Præterea quoties *currente* infra hunc Mensem *Quadragesimâ* fit de aliquo Festo 9. Lectionum, in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Collegiatis* cantandæ sunt *dua Missæ Conventuales* modò pariter sub initium Mensis præcedentis à me expositò, & insuper observando ea, quæ tum circa *Missas Conventuales*, tum *alias* quascumque etiam *Votivas*, tum ibi, tum etiam ad Diem 10. Martij à me sunt annotata.

Festa 9. Lectionum infra illud Tempus, quod est à *Dominica Palmarum* inclusivè usque ad *Dominicam in Albis* pariter inclusivè, hoc Mense *occurentia* transferuntur in

Choro (non item in *Foro*, excepto *fu*, quo Festum B. V. *Annuntiationis* incidit in *Fer. VI. Parasceves*, aut *Santum Sanctum*) post *Octavam Paschalis* observando in eorum *translati* Ordinem, tum à *Rubricis*, tum à *Sacris*: Congr: *Decretis* 1691. 24. Nov. & 1695. 11. Julij præscriptum, & quo infra, nec non dicendo *Officium* & *Missam* de ijs *Ritu Paschali*, hoc est eò, quem *Rubrica* tum *Breviarii* tum *Missalis Romani*, Festo *Annuntiationis*, nec non *Communione* plurimorum *Martyrum* præfixa exigunt, ego supra ad diem 17. Martij et eodem *utraque Rubrica* declarant.

Si *Festum Simplex* hoc Mense currat ante *Dominicam Palmarum* fit de eo (atramen occurrente FERIA 9. Lection: post *Comemorationem* de FERIA) in *Officio* & *Missæ* cantanda *Comemoratione*, sine *Lectione*: quæ si tale *Festum Simplex* occurrat ante *Dominicam Palmarum*, tunc quidem à *1. Vesperis*, ac *Laudibus* *Dominicæ* *currentis* fit de eo *Comemoratione*

non tamen in Missa illius Dominica, tempore exigentis juxta propriam Rubricam unicitatem Orationis. Post Dominicam Palmarum verò usque ad Feriam V. majoris Hebdomadæ exclusivè, item à Feria IV. post Dominicam Resurrectionis inclusivè usque ad Dominicam in Albis itidem inclusivè fit quidem de Festo Simplicis, seu (quod idem) trium Lectionum, tam in Officio, quam Missa suis in locis Commemoratio, sed sine Lectione; attamen in Feria V. in Cœna Domini usque ad Feriam III. Paschæ inclusivè, nulla fit Festi Simplicis, seu trium Lectionum, in iisdem Commemoratio, uti habetur in Rubrica præfixa Feriæ II. majoris Hebdomadæ: unde si Festum ejusmodi 3. Lectionum incidat in Feriam V. majoris Hebdomadæ, ne quidem in Vesperis Feria IV. præcedenti facienda est de eo Commemoratio, uti monet Rubr. Gen. XI. n. 10. in fine ob rationem videm insinuatam. Quæ omnia i. deo placuit ad Initium hujus Mensis prænotare, quia (ut Gav. Tom. 1. P. 4. Tit. 15. n. 21. observat) initio Aprilis aliqua Sanctorum Festa mutant Riturum à Tempore non Paschali ad Paschale, & è converso: Quòd si capropter contingat, ut desint propria Missarum Officia, sumenda erunt de Commun.

1. VESPERE hodiernæ (si cras fiat de S. Francisco de Paula, & hodie non occurrat Festum altioris, aut

æqualis Ritûs) integræ dicuntur de sequenti, vel Ritu duplici Paschali, si celebretur extra Quadragesimam, vel cum Commemoratione Feriæ, aut Dominicæ hodiernæ, si celebretur in Quadrages: Antiphonas, Psalmos, ac reliqua omnia recitando, ut in Communi Confess: non Pontif: excepta Oratione, quæ est propria. Col. Alb. Quòd si transferatur Festum S. Francisci de Paula, in Hymn: *Iste Confessor &c.* mutabitur 3. Versus.

2. S. FRANCISCI DE PAULA Conf. Dupl. min. Col. Alb. OFFICI: de Commun: Conf: non Pontif: Ritu Paschali, si celebretur post Pascha, & tunc Lectiones I. Noct: de *Initio Libri Act: Apostolor:* si nondum sit positum, aut, si hoc jam sit positum, de Scriptura occurrente: si verò celebretur in Quadragesima, Lectiones I. Noct. *Beatus Vir*, ut in Commun: Conf: non Pontif: 2. locò. Lectiones II. Noct. propria. III. Noct: *Nolite timere pusillus Grex &c.* de eod: Comuni 2. locò, cum 9. Lectione de Fer: occurrente, ejusdemque Commemorat: in Laudibus, si celebretur in Quadrages. Oratio propria ex 1. Vesperis:

MISSA: *Iustus, ut Palma &c.* (2. de Commun: Conf: non Pontif:) cum *Glor: sine Credo*, Oratio propria. In Quadrages: fit Commemorat: Feriæ occurrent: & post Graduale dic: *Tractus cum Præfat: de Tempore* (h. e. vel Quadragesimali, aut Passionis, seu de Cruce) ac ult: *Evangel: de Feria*

[N. 2]

cur-

currente. Si verò celebretur post Pascha, tunc in fine Introitus ante Psalmum dicuntur duo *Alleluja*, in fine verò Offertorii, & Communionis unum *Alleluja*: post Epistolam autem non dicitur Graduale, sed duo Versus cum 4. *Alleluja*, ut ibi, & Sabbatho in Albis, atque etiam supra. Præfat: Paschal. *Col. Alb.* In Quadragesima dicuntur hodie in Ecclesiæ Cathedræ & Collegiæ: 2. Missæ Conventuales, ut supra Initio hujus, & præcedentis Mensis.

In 2. *Vesperis* (quæ rursus, exceptâ Oratione, dic: de Communi Confess: non Pontif: ut ibi in II. *Vesperis*) fit Commemoratio Feriæ currentis, aut Dominicæ sequentis, quando occurrit in Quadrages: aut Sabbatho. *Col. Alb.*

4. Si hodie factum est de ea, & crastina Dies non est impedita (ob occurrentem v. g. Dominicam, aut majorem Hebdomadem, vel Octavam Paschæ) *Vesperæ* hodiernæ erunt de sequenti Festo, dicenturque omnia, præter Orat: propriam, de Communi Conf: non Pontif: vel Ritum semiduplici Paschali, si celebretur post Pascha, cum Commemorat: de Cruce Tempore Paschali; vel cum Commemoratione Feriæ currentis, si celebretur in Quadragesima. *Col. Alb.* Si transferatur hoc Festum, in Hymno *Iste Confessor* mutabitur 3. Versus.

5. S. VINCENTII FERRERII Conf.

Semid: de præcepto. *Col. Alb.* Oratio de Commun: Conf: non Pontif: Paschali, si celebretur post Pascha, & tunc Lectiones I. Noct: de Scrip: occur: si verò celebretur in Quadrages: Lect: I. Noct: *Iustus si mori* de Commun: Confess: tantum. Lect: II. Noct: propr: III. Noct: *Sicut in bi &c.* de eod: Comuni, cum 9. Lect: de Feria, ejusdemque Commemoratione in Laudib: si celebretur in Quadrages: Oratio propr: ex 1. *Vesperis*.

MISSA: *Os Iusti &c.* de Communi: Confess: non Pontif: cum fine *Credo*. Orat. 1. propria. Si celebretur post Pascha, tunc dicitur est *Missæ* Ritum Paschali, ut supra, Oratio 2. *Concede*. 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa: prout notantur post Dominicam in Albis. Præfatio Paschalis. At verò tempore Quadrages: ante Dominicam Passionis Orat: 2. de Feria, & tunc occur: 3. à *Cunctis*: post Dominicam Passionis Orat. 2. de Feria, & *Ecclesiæ*, vel pro Papa. In Quadrages: post Graduale dicitur Tractus, & Præfatio de Tempore, nempe vel Quadragesimali, vel Passionis, vel de Cruce, & in fine Missæ Evangelium. Fer: curr: *Col. Alb.* Si veniat in Quadragesima, cantantur in Ecclesiæ Cathedrali: & Collegiæ: duæ Missæ Conventuales: ut supra Initio hujus, & præcedentis Mensis. In II. *Vesperis* (quæ, exceptâ Oratione, dicitur de Commun: Conf: non Pontif: ut ibi in 2. *Vesperis*) fit Commemora-

tio Feriæ currentis, si occurrat in Quadragesimali: si autem Temp: Paschali, tunc de Cruce, ut supra in 1. Vesp. & ante eam de S. Maria in Sabbato, si cras fiat de hac Officium. Col. Alb. Si cras occurrat fieri de Festo Semiduplici, divideret cum eo Vesperas; si de Duplici, Vesperæ erunt hodie de illo, cum Commemorat: S. Vincentij.

10. VESPERÆ hodiernæ (si cras fiat de S. Leone, nec hodie occurrat Festum altioris, aut æqualis Ritûs) integræ dicuntur de sequenti, vel Ritu duplici Paschali, si celebretur post Pascha, vel cum Commemorat: Feriæ, aut Dominicæ hodiernæ, si celebretur in Quadrages: Antiphonas, Psalmos, ac reliqua omnia (etiam Orationem: *Exaudi quesumus Domine &c*) recitando, ut in Commun: Conf: Pont: Col. Alb. Si transferatur S. Leo, in Hymno: *Iste Confessor &c*. mutabitur 3. Versus.

11. S. LEONIS I. Papæ & Conf. Dupl. min. Col. Alb. OFFIC. de Commun: Conf: Pont: dicendum Ritu Paschali, si celebretur post Pascha, ut supra. Lectiones omnes, uti notantur in propr: loco. Responsor: Octav: *In medio Ecclesie*. Si venerit in Quadragesimâ, aut aliquâ Dominicâ post Pascha, tunc ex 9. & 8. Lectione convenienter fit una, 9. autem Lectio dicitur de Feriâ, aut Dominicâ prædicta occurrente, ejusdemque fit etiam Comem. in Laudib.

Missa, uti notatur, cum Glor:

sine Cred. Si veniat in Quadrages: fit Commemorat: Fer: occurr: & post Graduale dic: Tractus cum Præf: de Temp: nempe vel Quadragesimali, vel Passionis, sive de Cruce, ac ult. Evang. de Fer. curr. dicuntur tunc quoque in *Ecclesijs Cathedral: & Collegiat: 2. Missæ Conventuales* modo in initio hujus, ac præcedentis Mensis descripto. Si verò veniat post Pascha, dic. ead. Missa Ritu Pasch: ac cum Præfat. Paschali, ut supra 2. hujus &c. Col. Alb.

In 2. Vesperis (quæ rursus dicuntur de Commun. Confess. Pontif. ut ibi in 2. Vesperis cum Antiph: ad *Magnificat: Dum esset sanus Pontifex*) fit Commemorat. Feriæ curr. aut Dominicæ seq. quando occurrat in Quadrages. aut Sabbat. Col. Alb.

Quomodo infra Octavam hujus Festi (ubi id celebratur cum Octava) ordinandum fit Officium, & Missa, vide in Octavario Romano fol. 181. & apud Gav. Tom. 2. Sect. 7. c. 6. hoc die.

12. Si hodie factum est de ea, & crastina Dies non est impedita (ob occurrentem v.g. Dominicam, majorémve Hebdomadem, vel Octavam Paschæ) Vesperæ hodiernæ erunt de sequenti Festo, dicenturque omnia, si veniat in Quadrages. sub Ritu semid. de Comuni unius Martyris, excepto Hymno: *Regali Solio &c*, & Oratione, quæ dicuntur ut propr. notantur loco, cum Com-

[N 3]

me

memorat: Fer: occurrentis &c. Si verò celebretur tempore Paschali, omnia dicuntur, ut in Commun: un: Mart: Tempore Paschali, præter Hymn: & Orat: propriam cum Commemorat: de Cruce Tempore Paschali. *Col. Rubr.*

13. S. HERMENEGILDI Mart: Semid: *Col. Rub.* Si veniat in Quadr: OFFICIUM dicitur de Commun: un: Mart: exceptis Hymnis Vesperarum, Marutini, ac Laudum (qui sunt proprij) & Oratione, itidem propriâ. Quòd si in pridianis hujus Festi Vesperis (ob occurrentem v. g. Dominicam, aut Festum Duplex) de S. Hermenegildo facta fuerit solummodo Commemoratio, adeoque Hymnus illi proprius in ijs dici non poterit, tunc, ad servandum melius Ordinem seu Seriem Vitæ hujus Sancti, Nonnemini, uti & mihi, ponendus videtur Hymnus ille ad Marutinum, Hymnus autem Marutini tunc transferendus ad Laudes, in quibus alioquin idem dicitur Hymnus, qui extra talem casum in utrisque Vesperis dicitur in hoc Festo, quod cum non contingat in Festo S. Martine 31. Januarij, nec in Festo S. Venantij 18. Maij (in quibus alius est Hymnus primar: Vesperarum, alius Marutini, & alius Laudum, in secundis autem horum Vesperis Hymnus primarum Vesperarum ob occurrens postero Die Festum Duplex poni nequit) ideò mirum non est, quòd ibi, ubi S.

Martina & S. Venantius habent solummodo Semiduplicem, in casu quòd Hymnus Vesperarum proprius in neutris ipsorum Vesperis ponitur, debeat in eorum Festis proprii Hymno Marutini, & sic cum conjunctim dici sub una conclusione conformiter Decreto S. R. C. de anno 1692. 26. Jan: aut Apr. Quia, cum posteriora hæc Festa habeant in Laudibus Hymnum proprium, diverti ab Hymno Vesperarum, non poterit, ac in Festo S. Hermenegildi, Hymnus Vesperarum Ss. Martine & Venantij dici solus in hoc Marutino, & Hymnus Marutini transferri ad Laudes, sed, ne potius omittatur, debet præponi conjunctim dici cum Hymno Martini; eò quòd nullus alius supplet locus, in quo poni possit, servato Ordine Vitæ, & sine alterius Hymni proprii omissione, seu præjudicio, sicut tamen Hymno Vesperarum S. Hermenegildi ponendo cum debito Ordine, & sine alterius Hymni proprii omissione, supplet locus in casu quòd ipse in 1. Vesperis, adeoque proprio suo loco non potest primò poni, nempe Hymnus ille Vesperarum in dicto casu, tanquam continens principium Vitæ, seu Martyrii S. Hermenegildi, ponatur primò ad Martinum, positus autem in Marutino Hymnus tunc transferatur ad Laudes, cumque sic in recitando utroque Hymno & debitus servetur Vitæ Ordo,

do, & simul utriusque proprio hujus
Festi Hymno separatim ponendo
sufficiens superfit locus, neutriquam
est necessarium, ut in casu, in quo
S. Hermenegildus in 1. Vesperis so-
lam habet Comemorationem, Hy-
mnus *Vesperarum* & *Matutini* perinde,
ac in Festo Ss. Martinæ, ac Venantij,
conjugantur in unum sub una ea-
demque clausula, sed eo casu con-
venientius (Salvo meliore aliorum
judicio, & nisi aliud decernat S. R.
C.) ad *Matutinum* dicitur Hymnus
Vesperarum solus, & ad *Laudes* dicitur
ille idem solus, qui alioquin, si
nempe *Vesperæ* primæ non sunt im-
pedite, dicitur ex *Præsripto Brevia-
rij* ad *Matutinum*; ne, si uterque in
tali casu dicatur simul, tunc in ea-
dem *HORA* (nam *Matutinum* &
Laudes juxta *Communem Senten-
tiam* constituunt unam numerò
HORAM Canonicam) idem Hymnus
bis dicatur, quod fieret, si Hymnus
Vesperarum: *Regali Solio &c* non tan-
tum diceretur in *Matutino*, sed etiam
postea rursus in *Laudibus*, more or-
dinaro. Si celebreretur hoc Festum
in *Quad.* *Lectio*nes I. *Nocturni* sunt:
Fratres Debitorum sumus &c, ut in *Com-
mun.* plur: *Mart.* II. *Noct.* uti notan-
tur in loco. III. *Noct.* *Si quis venit ad
me*, de *Comun.* un: *Mart.* per annum.
9. *Lectio* de *Homil.* *Feriæ* currentis,
cum ejus *Commemoratione* in *Lau-
dibus*, in quibus idem Hymnus, qui
assignatur pro utrisque *Vesperis* in

locò: Reliqua omnia dicuntur de
Comuni un: *Mart.* per annum. Si
autem celebreretur *Tempore Paschali*,
omnia (etiam *Responsoria*) dicun-
tur ut in *Comuni* unius *Mart.* *Tempo-
re Paschali*, præter *Orationem*
propriam, & *Hymnos*, qui cum *Le-
ctionibus* II. & III. *Nocturni* dicun-
tur, ut supra: in I. autem *Nocturno*
dic: tunc *Lect.* de *Scriptura* occur-
rente: & in *Laudib.* fit *Commemo-
ratio Paschalis de Cruce. Col. Rub.*

MISSA (in qua *Gloria*, sine *Credo*)
si celebreretur hoc Festum in *Qua-
dragesima*, est: *In virtute tua*, quæ est
1. de *Commun.* un: *Mart.* non *Pon-
tif.* extans in recentioribus *Missali-
bus* in *Ordine*, excepta *Oratione*
(quæ est propria, non item corre-
spondens ei *Secreta*, ac *Postcommunio*)
& 1. *Evangelio*, quod incipit: *Si quis
venit ad me*, ac sumitur ex *Missâ Sta-
tutæ* 1. de *Comuni* un: *Mart.* *Pon-
tif.* *Orat.* 2. de *Feria* currente. 3. *Ec-
clesia*, vel pro *Papa*. Post *Gradua-
le* dicitur *Tractus. Præfat.* de *Cruce*.
In fine *Evang.* *Fer. curr.* In *Ecclē-
sij* autem *Cathedr.* & *Colleg.* cantan-
tur tunc 2. *Missæ*: *Convent.* modò
suprà *initio* hujus ac præcedentis
Mensis declarato. Si verò celebra-
tur *Tempore Paschali*, dic: *Missâ*:
Protexisti me DEUS &c, 1. de *Comun.*
Mart. *Temp. Paschal.* excepta *Ora-
tione*, & *Evangelio*, quæ dicuntur,
ut supra. *Oratio* 2. *Concede* (nisi
occurrat *Festum Simplex*) 3. *Ecclesia*,
vel

vel pro Pap. *Gloria* sine *Cred.* Præfat. Paschal.

VESPERÆ (nisi cras occurrat Festum 9. Lect:) hodie integræ dicuntur de S. Hermenegildo, cum Commemoratione Feriæ currentis (si celebretur hodiernum Festum in Quadragesima) & postea Ss. Tiburtij, & Socior. Mart. tantum. Hymnus propr: idemque, qui in 1. Vesperis; Orationes in loco: Reliqua omnia dic: ut in 2. Vesperis de uno Mart: per annum. Si verò celebretur Tempore Paschali, dicuntur Vesperæ 2. de S. Hermenegildo, uti norantur in Commun: un: Martyr: Tempore Paschali, cum Hymno, & Oratione ut supra; fitque tunc Commemoratio de Ss. Tiburtio, & Soc: ut in 1. Vesperis plur: Mart: Tempore Paschali cum propr: tamen Oratione, cui postmodum subjungitur Commemoratio de Cruce Tempori Paschali propria. *Col. Rub.*

NB. COMMUNE MARTYRUM TEMPORE PASCHALI habetur cum alijs Communibus Sanctorum ejusd. Temporis in COMMUNI Sanctorum ante Commune plurimorum Martyrum.

Quodsi Festum S. Hermenegildi transferatur (eò quòd vel veniat in Dominica, vel infra majorem Hebdomadem, aut infra Octavam Paschæ) de Ss. Tiburtio & Soc: nihilominus fit hodie & cras suis locis debita Comem: nisi incidat Ipsorum Festum in ultimum triduum majoris

Hebdomadæ, aut primum Triduum Paschæ; tunc enim de Festo Simplici occurrente nihil omnino fit in Officio, aut Missa, uti nec in Missa Domestice Palmarum, si quod ejusmodi Festum in ea occurrat; fit tamen hoc ultimo casu de eo Commemoratio in 1. Vesperis, & Laudibus Dominicæ, attamen sine Lektionibus per Rubr: Gen: VII. Missal. n. 1. IX. Brev. n. 7. ac 10.

14. Ss. TIBURTII, VALERIANI, MAXIMI MM. Simpl. *Col. Rub.* veniat hoc Festum infra Hebdomadam Passionis, fit de eo tantum Commemoratio in Vesperis hesternæ, Laudibus & Missa hodiernæ, sine Lektionibus: idem est, si incidat in Sabbatum in Albis, vel in Feriam IV. aut V. vel VI. infra Octavam Paschæ, vel Feriam II. aut III. aut IV. Majoris Hebdomadæ, nisi quòd incidat in Feriam IV. infra Octavam Paschæ, in solis Laudibus, non autem in pridianis Vesperis (utpote habentibus Riturum duplicem 1. Classis) fit de eo Commemoratio, ut mox dicitur: At verò si incidat in primum Triduum Paschæ, vel ultimum Triduum majoris Hebdomadæ, nec in illo, nec de alio Simplici fit aliquod in Officio aut Missa istorum Dierum, uti nec de Festo Simplici subsequente, cum aliquo in 2. Vesperis Feriæ Paschæ fiat concursus, uti constat ex Tab: concurrent n. 2. & Rub: Gen: IX. n. 4. & 5. Si autem hoc, aut

aliud Festum Simplex incidat in Dominicam Palmarum, tunc juxta heri & sub loco dicta in 1. *Vesperis*, ac *Laudibus* illius Dominicæ fit quidem Commemoratio de illo (sed sine Lectione) non tamen fit de eo Commemoratio in *Missâ* illius Dominicæ. Si hoc aut aliud Festum simplex habens propriam Lectionem occurrat in *Dominica in Albis*, aut alia subsequente, in qua fit de Dominica, tunc non modò fit de eo Commemoratio suis locis in *Officio*, & *Missâ*, sed etiam de eo legitur 9. *Lectione* (faciendo ex duabus unam, si duas habeat proprias) saltem regulariter loquendo.

Quòd si denique veniat hoc Festum post Octavam Paschæ, & hodie non fit faciendum de Festo aliquo 9. *Lectione*: translato, aut hodie alicubi occurrente, nec de Dominica, nec de Octava, nec de Feria aliqua majore, nec de B. V. in Sabb: fit *Officium* & *Missâ* de eo Ritu simplici sequentem in modum: Ad *Matur:* dic: *Invitatorium*, & *Hymn:* de *Commun:* plur: *Martyr:* Tempore Paschali cum sua propria clausula: huic subjungitur Nocturnum, seu 12. *Psalmi* Feriæ currentis, ut in *Plalterio*, sub una *Antiphona Alleluja*, ut ibi tempore Paschali: post *Psalmos*, & *Antiphonam* dicitur *Versus* pro pluribus *Martyribus* temp: Paschali, desumptus ex eo Nocturno *Communis Martyrum* Temp:

[Pars II.]

Paschali, qui responder Feriæ currenti, nempe Feriâ II. & V. *Versus* I. *Nocturni*: Feriâ III. & VI. *Versus* II. *Noct:* Feriâ IV. *Versus* III. *Nocturni*. Post *Versum* dic: *Pater noster*, post hoc *Absolutio* (respondens dictò modò, seu *Ordine*, Feriæ currenti, ut in *Rubrica* de *absolutionibus*) postea *Benedictiones*, quarum 1. *Ille nos benedicat &c.* 2. *Quorum Festum Colimus &c.* 3. *Ad societatem*, cum 3. *Lectionibus*, quarum 1. de *Scriptura* occurrente. 2. & 3. de *Sanctis*, uti in *Propr: Sanctor.* Post 1. & 2. *Lectionem* dic: *Responsorium* 1. & 2. illius *Nocturni Communis Martyrum* Temp: Paschali, qui responder Feriæ currenti, nempe Feriâ II. & V. *Responsorium* primum, & secundum primi *Nocturni*. Feriâ III. & VI. *Responsorium* primum, & secundum secundi *Nocturni*. Feriâ IV. denique primum & secundum *Responsorium* terij *Nocturni*. Quando autem *Responsoria* prædicta sumuntur ex I. aut II. *Nocturno*, tunc in fine ultimi, h. e. secundi *Responsorij*, dicitur *Alleluja* cum repetitione partis *Responsorij*, ad eum proportionaliter modum, quò fit in 2. *Responsorio* III. *Nocturni*. Non dicitur autem *Re. Hac est vera Fraternalitas*; tum, quia non est *Responsorium* Paschale; tum, quia non omnes sunt *Fratres*. Post 3. *Lectionem* dic: *Te DEUM laudamus*. Ad *Laudes*, ac *Horas* omnia dicuntur uti in

[O]

Com-

Communi Martyr. Temp. Paschali, cum Commemoratione de Cruce, propria Tempori Paschali, ac extante Feriâ II. post Dominicam in Albis. *Col. Rub.*

MISSA (si veniat post Octavam Paschæ hoc Festum) dic: uti notatur in Missali in *PROPR. SANCTOR.* cum *Glor. sine Credo* : Oratio 2. *Concede.* 3. *Ecclesie*, vel *pro Papa*, prout notantur post Dominicam in Albis. Præfat. Paschal. *Col. Rubr.*

Vesperæ feriales, si hodie fuit festum de Ss. Tiburtio ac Soc: & cras non fit faciendum de aliquo Festo, aut S. Maria in Sabbato; alioquin enim *Vesperæ* accommodandæ erunt crastino Officio. Si hodie Tempore Paschali fiat de aliquo Festo 9. Lect: in hanc diem translato, fit in 1. ejus *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missâ* de Ss. Tiburtio, & Soc: Commemoratio, diciturque de iisdem etiam 9. Lectio, faciendo ex duabus unam. Color Festo conveniens.

Si verò Festum hodiernum *Simplex* (par Ratio est de alijs Festis simplicibus hujus Mensis) incidat in Sabbatum non impeditum Officiò 9. *Lectionum*, *Officium* fit de S. Maria in Sabbato, ut sub locò; de Ss. Tiburtio & Soc: verò tunc tantum fit Commemoratio pridie in *Vesperis*, & hodie in *Laudibus*, ac *Missâ*, sine *Lectio*ne de illis, & tunc. *Col. Ab.*

16. In Quadragesima de Festo

simplici cras occurrente in hodiernis *Vesperis* ferialibus fit tantum Commemoratio, nisi id incidat in triduum majoris Hebdomadæ tunc enim nec hodie, nec cras aliquid de illo, ne quidem alia Commemoratio. Idem est, si festinum, aut aliud Festum simplex incidat in 1. Triduum Paschæ, si in aliam Hebdomadæ majoris, Paschalis diem incidat, fit de Commemoratio tam hodie in *Vesperis* (cum limitatione tamen alia) si incidat in Feriam IV. Octavæ Paschalis, ut supra die 14. hujus, & cras in *Laudibus* (sed sine *Lectio*ne ac etiam in *Missâ*, exceptâ tamen eorum Dominicâ in Palmis; in hujus enim *Missâ* de Festo simplici non Commemoratio, esto fiat, accipietur sine *Lectio*ne, in ejus Officio.

Si verò veniat crastinum *Simplex* post Octavam Paschæ, & non fiat de Festo 9. *Lectio*num, cubi, aut aliquando occurrente, translato, nec de Octava, vel Dominica, aut de B.V. in Sabbato, hodiernæ *Vesperæ* usque ad Capitulum decurrat de Feria currente, ut in *Præfat.* Tempore Paschali, à Capitulo autem de Festo simplici cras occurrente, cum Commemoratione de Cruce propria Tempori Paschali. *Col. Rub.*

17. S. ANICETI Pap. & Martyr. *Simplex. Col. Rub.* Si veniat in Quadragesima, aut intra Octavam Paschæ, de illo in *Officio*, & *Missâ* tantum

Commemoratio, exceptis diebus, de quibus heri, & supra 14. hujus. Si vero veniat post Octavam Paschae, & non sit faciendum de Festo 9. Lectio in hunc diem translato, nec de aliqua Octava, vel Dominica, aut de B. Maria in Sabbato, sit de eo Ritu simplici Paschali, id est, Sumendo ad Matut: Invitatorium, & Hymnum cum Versu, ac Responsorij &c de Communi unius Martyris Tempore Paschali; Antiphonam vero [Alleluja] & Pfalmos ex Nocturno Feriae currentis, ad eum de reliquo modum; quò 14. hujus, nisi quòd tertia tantum Lectio dicatur de Sancto, uti hac die in Propr: Sancto: ea annotatur: prima autem, & secunda Lectio dicatur de Scriptura occurrente.

Missæ [si hodie fiat de S. Aniceto] dicitur, prout notatur in Recensorib: Missal: in Propr: Sancto: cum Glor: sine Cred: Oratio 2. Concede. 3. Ecce sit, vel pro Pap. Præf: Paschal. Col. Rub. Si autem hodie fiat de Festo 9. Lectio: translato, aut de Octava, aut B. V. in Sabbato: tunc fit de S. Aniceto solummodo suis locis Commemoratio cum ultima de eodem Lectione saltem in 1. Casu, & vero etiam in 2. nisi sit Octava Paschae, nunquam autem in 3. Casu, quò nempe fieret de B. M. in Sabb.

20. Si Crastina dies non sit impedita (ob occurrentem v. g. Dominicam, aut majorem Hebdomadem, vel Octavam Paschae) nec hodie fa-

ctum fuerit de Octava, aut Festo 9. Lectio: integræ Vesperæ dicuntur de sequenti sub Ritu semidupl: Paschali, ad initium hujus, & præcedentis Mensis descriptò; dicendo de reliquo omnia ut in Comùn: Conf: Pont: præter Orationem, quæ est propria, & cum Comemoratione de Cruce, ut Tempore Paschali. Col. Alb.

21. S. ANSELMI Episc: & Conf: Semid. Col. Alb. Si occurrat hoc Festum in Dominica, aut intra Hebdomadem majorem, vel Octavam Paschae, transfertur in Eccles. universali in diem proximam non impediram; alioquin fit de eo hodie, dicendo OFFICIUM (attamen Ritu Paschali, ad initium hujus, & præced: Mensis descriptò) de Communi Conf: Pontif: Lectio: I: Noct. de Scriptur: occurrente, nisi contingat fieri de hoc Festo (v. g. in casu, quò transfertur) Feriâ II. Rogat: aut in Vigil: Ascens: tunc enim, si non superhit ponendum Initium alicujus Epistolæ nondum positum, Lectio: nes I. Nocturni juxta Rubr. Gen: XXVI. n. 9. sumendæ sunt de COMMUN: Conf: Pontif: *Fidelis sermo*, non autem: *Sapientiam omnium &c.* seu de COMMUN DOCTOR: quia S. Anselmus (par ratio est de Ss. Hilario, Leone, & similibus) nec à Breviario, nec à Missali numeratur inter *Doctores Ecclesie*, antonomastice tales; unde nec in 1. nec 2. eorum Vesperis dicitur Antiphona: *O Doctor optime &c.* ad [0 2]

Ma

Magnificat, sed ea, quæ in utrisque assignatur in Communi Confessoris tantum Pontificis, id quod de S. Anselmo expressè hic monent Directoria Romana à me inspecta. Lectiones autem II. & III. Noct: sunt propr. Responsor: Octavum verò: *In medio Ecclesia &c.*, uti in Communi Doctor. Oratio propr. Commemoratio Paschalis de S. Cruce.

MISSA: *In Medio Ecclesia &c.*, uti in Communi Doctor: cum *Glor: sine Cred:* Oratio 2. *Concede.* 3. *Ecclesia*, vel pro Pap. nisi occurrat de eo fieri in Rogationibus; tunc enim 2. Oratio esset de Rogat. 3. *Concede.* Præf. Paschal. *Col. Alb.*

In 2. VESPERIS à Capitulo fit Ritu Paschali de sequenti, cum Commemoratio: præcedentis. *Col. Rub.* nisi cras faciendum fit de Dominica; tunc enim Vesperæ hod: dicuntur à Cap. de Dominica; Festum autem sequens transfertur.

22. Ss. SOTERIS, & CAII PONTIF: & Mart: Semid. *Col. Rub.* OFFIC: de Com:un: plur: Mart: Temp. Pasch. Oratio: *Beatorum Martyrum, pariterque Pontif: &c.*, de Commun. plurim: Mart: Pont. Lectiones I. Noct: de Script: occur. II. Noct: uti notantur in propr. loco. III. Noct: *Ego sum vobis, vos Palmites &c.*, uti in Communi Mart: Temp: Pasch. 2. locò. Commemoratio Paschalis de Cruce.

MISSA, uti notatur, cum *Glor: sine Credo.* Orat. 2. *Concede* 3. *Ecclesia*,

vel pro Pap. Præf: Paschal. *Col. Alb.* Quòd si veniat hoc, aut simile Festum in Rogationibus. 2. Oratio in Rogationibus erit de Rogat. 3. *Concede.* ibi.

In 2. Vesperis à Capir: de S. Georgio Mart: ubi hujus Festum in morem, ac Calendarium Romanum celebratur 23. Aprilis, Rituque duplici, cum Commemoratio: præcedentis. *Col. Rub.*

Ubi verò Festum S. Georgii celebratur 23. hujus Ritu duplici, integræ Vesperæ dicuntur de illa in Commun: un: Mart. Temp. Pasch: excepta Oratione, quæ propria; de Ss. Sotere, & Cajo Mart: fit solum Commemoratio: ibi & hæc omittitur ibi, ubi S. Georgius est Patronus primarius, aut Titularis Ecclesiæ. Ubi denique S. Georgius (ut in quibusdam Diocesisibus Germaniæ, ac nominatim in nostra Brixinensi) celebratur primum 24. Aprilis, ibi hodiernæ Vesperæ integræ dicuntur de Ss. Sotere, & Cajo (nisi cras faciendum sit vel de Dominica, aut de alio quodam Festo 9. Lection: dicuntur), ut in 2. Vesperis plur: Mart: Temp. Paschal. *Col. Rub.*

Juxta Calendarium Romanum (quod sequuntur Complures Dioceses, non tamen omnes, etiam nostræ Germaniæ) occurrit hodie Festum S. Megalo-Martyris Georgii celebrandum Ritu Semid: Paschal.

in Communi un: Mart: Tempore Paschali, ac Propr. locò. Quia autem in pluribus locis est *Festum Fori* (quo nomine in Germania veniunt illa Festa, quæ habent annexam obligationem audiendi Missam, & abstinendi ab opere servili) ideo in Vesperis, quæ solemniter cantantur de hoc Sancto, ad Intronationem Hymni: *DEUS tuorum militum* Officiator jungit, extendit, & elevat manus, ac caput inclinat versùs Altare, uti ex Cæremoniali Episcoporum monet Baudry P. 2. Manual. c. 11. a. 1. n. 25. ubi ait: Idipsum esse faciendam, quoties initium alicujus Hymni inchoatur per Invocationem *DEI*, vel *Christi*.

MISSA, uti notatur, cum *Glor: sine Credo* (nisi in propria Ecclesia &c) Orat. 2. & 3. ut her). Præf. Paschal. Vesperæ hodiernæ de eod: cum Commemoratur: Paschal: de S. Cruce. *Col. Rub.* Sicubi S. Georgius sit *Patronus primarius*, aut *Titularis Ecclesie*, ibi celebrandus est sub Ritu dupl. i. Classis, & cum Octava, pro qua Læctiones in II. & III. Nocturno discendas assignat Octavarium Romanum à fol. 253. & 290. Editione Antuerpiens: de anno 1628.

Ubi *Festum S. Georgij* non hodie, sed primùm cras celebratur, ibi hodie (nisi fortè faciendum sit de Simplicio, aut alio Festo 9. Læction: alicubi hodie occurrente, aut translato) Officium sit feriale usque ad *NONAM* inclusivè.

Vesperæ autem dicuntur de S. Georgio Mart: Ritu semidupl: vel duplici, prout alterutro horum Rituum in ejusmodi loco celebratur; & *Crastinum Officium* dicitur ibi similiter de eodem, modò paulò antè relatò. *Col. Rub.* Quid observandum circa hoc Festum, quando incidit in *Parasceven*, aut *Sabbatum Sanctum*, vel *Dominicam Resurr:* ac nominatim ibi, ubi est *Festum Fori*, partim dictum est jam supra hac Parte, partim etiam P. I. Tit. de *Ferijs major: Hebd.* & videri potest P. Gobat Tom. I. P. I. Tr. 3. Cal. 7. à n. 213. 223. & 227. ubi inter alia ait: Cùm anno 1666. in *Parasceven* Constantiæ incidisset Festum S. Georgij (quod ibi celebratur more Romano 23. Aprilis, at tanquam *Festum Fori*, seu de *præcepto*, obligante ad abstinendam ab Opere servili, & Missæ Audicionem) celebratum id ipso illo die fuisse *feriatione à labore Servili*: & quidem solà, id est, absque obligatione assistendi Officio illius diei, quod cùm propriè *Missæ* non sit, & præter illud *Missam* aliquam propriè dictam (saltem per se loquendo) facere die illo non liceat, cessat pro tali die obligatio audiendi Sacrum ejusmodi die, ac loco: unde etiam, cùm anno 1633. in Ecclesia Universali Festum *Annuntiationis B. V.* in eandem *Feriam VI. Parasceves* incidisset, rescriptum est Romæ, etiam illic tum nullam *Missam* fuisse celebratam, Populùmque pronun-

[O 3]

tia-

riatum fuisse liberum ab obligatione Ordinarij Officij illius diei, non item tunc Temporis ab obligatione Vacandi ab operibus Servilibus. Licet autem modò Festum Annuntiationis, quando id incidit in *Parasceven*, aut *Sabbatum Sanctum* ex recentiore Sac. Rit. Congr. Decreto de anno 1690. 11. Mart: tam in *Foro*, quàm in *Choro* transferatur, non tamen perinde permittit ead: Sac. Rit. Congr: sed potius prohibet [Teste Barbofa, & Gav: & Alijs apud Gobatum Tom. 1. Tr. 3. n. 227. & Tr. 5. n. 102. alia quoque Fesla similiter in *Foro* transferri, quando die suo celebrari Officiò ac *Missà* non possunt; imò etiam ipsum Annuntiationis Festum, non nisi prædictis 2. diebus hodie amplius in *Foro*, quantum est ex vi Decreti, permittitur, sed in solo *Choro*, cum die suo celebrari non potest. Vid. citat. Gob. Tom. 1. P. 1. Tr. 5. à n. 102. & n. 110. ubi plura de Festo Annuntiat: & S. Georgij, incidentibus respectivè in *Parasceven*, & *Sabbatum Sanctum*.

24. In quibusdam Germaniæ Diocesisibus [nominatim nostra Brixinensi, ac Ratisbonensi &c] hac die celebratur Festum S. GEORGII sub Ritu duplici Paschali, modò cætera heri descriptò, nisi quòd 2. *Vesperæ* dicantur integræ sub Ritu duplici 2. Classis de sequenti, h. e. S. Marco Evangelista, recitando omnia ut in Communi Apostolor: &

Evangelistar: Tempore Paschali proprio locò; cum Commemoratione præcedentis, nisi ubi S. Georgius Patronus primarius, aut Titularis sit; adeoque duplex 1. Classis; enim etiam II. *Vesperæ* dicuntur S. Georgio, cum Commemoratione de sequenti, atque etiam de Dominica, si hodie sit *Sabbatum*. Vide heri dicta, ubi plura huc pertinentia. Si Festum sequens celebraretur Fer: II. post Dominicam Albis, tunc in 1. ejus *Vesperis* de Dominica in Albis fit tantum Commemoratio: et si enim *Die Octava* Paschalis [idem est de *Die Octava* Epiphaniæ, Ascensionis, & Corporis Christi] concurrente cum sequenti duplici minore, aut etiam majore, *Vesperæ* etiam secundæ integræ dicendæ sunt de Die tali Octava, ac sola faciendæ Commemoratio de seq. Festo duplici minore, aut majore; si tamen sequens Festum, etiam translaturum, duplici 1. vel 2. Classis [quale est Festum S. Marci] *Vesperæ* integræ dicendæ de sequenti, cum Commemoratione Diei Octavæ. Rubr: Gen. XI. n. 7. fm.

25. S. MARCI Evangelistæ. Duplex 2. Classis. Romæ Statio ad S. Petrum, & *Litania majores*, de quibus supra P. I. & Gav. Tom. 2. c. 16. item S. 7. c. 6. hic, & S. 9. c. 4. à n. 9. In OFFICIO omnia dicendæ in Communi Apostolor: & Evangelistar: Temp: Paschal: ac prop: locò.

Si veniat in Dominica post Octavam Paschæ, dicitur de eâ Dominicâ 9. Lætio, cum ejusdem Commemoratio: in utriusque Vesperis, Laudibus, ac Missa, in cujus fine tunc quoque de eadem Dominica dic: ult: Evangel. Col. Rub.

Missæ de S. Marco pariter dicitur notatur hoc die in Missali, cum Gloria & Credo. In ea [nisi veniat in Dominica] Oratio unica. Præfatio de Apostol: & in fine Evang. S. Joan. Col. Rub.

Hoc Die [Verumtamen in Paramentis *Violacei Coloris*] fit simul Processio LITANARUM MAIORUM cum Missa de ROGATIONIBUS [extante post Dominicam V. post Pascha in Missali: Roman.] nisi in hunc eundem diem incidat Festum, seu Dominica Resurrectionis Domini; uti contingit, quando littera Dominicalis est C. Epacta autem XXV. vel XXIV. & ita accidit 1666. tunc enim juxta Rubricam ejusdem Missalis, hodierno Festo præfixam, & S. Rit. Congr. Decretum de anno 1629. 25. Sept. Processio, ac Litanie majores unâ cum Missa Processionis, seu Rogationum transferuntur in Feriam III. sequentem Paschæ, ob Congruentias à Gav: Tom. 2. Sect. 6. c. 16. n. 1. ingeniosè observatas, Festum autem S. Marci tunc transfertur [attamen in solo Choro] in diem proximam non impeditam post Octavam Paschæ. Quod si Festum S. Marci in aliam quamcunque diem in-

fra Octavam Paschæ, aut in ipsam ejus Diem Octavam [quæ est, ac dicitur *Dominica in Albis*] cadat, uti contigit 1677. tunc Festum S. Marci quidem dictò modò transfertur, quoad Officium scilicet, ac Missam, Litanie autem, seu Processiones [dictæ olim *nigræ*; tum quòd Cruci, & Altaribus *nigri Coloris* vela oppanderentur; tum quòd homines in signum mœroris, ac pœnitentiæ *nigri Vestibus* induci procederent] non transferuntur, sed ipso die 25. Aprilis habentur; atque tunc in Missa de Rogationibus [cantandâ in Terminò Stationis, sive Processionis, cum Paramentis *Violacei Coloris*, non modò sine Gloria, & Credo, sed etiam absque Commemoratione Paschatis] dicitur quidem Præfatio Paschalis, sed ea, quæ cum suo Cantu dicitur in diebus ferialibus, quia Missa est *ferialis*, ac Missa de *Luctu*; & consequenter in fine Missæ dicendum est *Benedicamus*, non tamen huic addenda duo *Alleluja* illa, quæ alioquin per hanc Octavam addi solent ad *Ite Missa est*. In Canone tamen etiam hujus Missæ *Communicantes*, & hanc igitur Paschæ propria unâ cum Præfatione Paschali dici debent. Gav: & Gerlac: hic. In eadem Missa Litaniarum Oratio 2. est *Concede 3. Ecclesie*, vel pro Pap. Missæ aliæ verò dicuntur de die currentis Octavæ, sine Commemoratio: de Rogationibus. Si Festum S. Marci alio quocun-

que

que die post Octavā Paschæ occurrat, pariter eodem die, nempe 25. Aprilis, fit Processio cum Paramentis Violacei Coloris in Litanijis majoribus, ac Missa Processionis de Rogationibus: excipe tamen Casum, quō Processio illa Litaniarum Majorum terminatur ad Ecclesiam S. Marci; ibi enim ex Decr. Sac. Rit. Congr. de anno 1603. 23. Maij, vel ut Al. cit. 13. Martij, etiam Missa Processionis Cantatur de S. Marco, omisā Missā de Rogationibus; quia Titulus Ecclesiæ est Locus Lætitie eo die: alioquin autem die Litaniarum majorum [idem est de die minorum, ut sub locō] in Ecclesijs saltem Cathedralibus & Collegiatis cantantur duæ Missæ, una de Festo (extra Octav. Pasch.) ut supra, sine Commemoratione Litaniarum, altera de Rogationibus, seu Litaniā, sine Commemoratione de S. Marco, aut de Octava, si Festum S. Marci, adeoque & Litanie majores forrè veniant infra Octavam Paschæ: Porrò Missa Litaniarum majorum semper [etiam infra Octavam Paschæ] dicenda est in Paramentis Violacei Coloris, & sine Gloria, & Credo, nisi dicatur in Dominica; tunc enim adhuc quidem dicenda sine Gloria, non tamen sine Credo, ut ex Rubric. Gen. XI. Missal: Roman: post medium, ac circa finem illius, colligit Auctor Directorij Vicenensis, ad Annum 1694. [quō Festum S. Marci, ac Litania

maiores inciderant in Dominica 2. post Pascha] ponens sequentem Missa Processionis est eadem, que in 11. Rogationum, sine Gloria; Credo tamen dicitur propter Dominicam, quævis ejus Commemoratio non fiat in Missa, conformiter Rubricæ Gen. XI. Missal: in fin. Quare cum ejus Casus exceptione intelligenda erit id, quod scribit Gavantus Tit. I. P. 4. Tit. 11. n. 13. circa finem Missa Litaniarum [tam majorum, quam minorum] 2. Oratio est Concelsa Ecclesiæ, vel pro Pap: ac semper Prefatio Paschalis [tono tamen festivo non autem festivo decantanda] et cum Missa illa Litaniarum dicitur Festo S. Marci, & in fine Evangelium S. Joannis. In Missis de S. Marco etiam privatis, non fit Commemoratio de Rogationibus, nec legitur in fine illarum Evangelium de Rogationibus. Hinc, nisi Festum S. Marci veniat in Dominica, dicitur Missis tam privatis, quam etiam publicis, lenni de illo, non nisi unica Oratio & in fine Evangelium S. Joannis. Si verò veniat in Dominica post Octavam Paschæ, fit in Missis ejus Festo Commemoratio de Dominica occurrente, legiturque in fine earundem Evangelium de eadem Dominica: Col. Rub. & Prefatio de Apostolis juxta superius jam dicta.

MODUM COMPETENTER IN PROCESSIONE LITANIARUM, tam majorum, quam minorum, accurrat

tradit Rituale Romanum in Rubrica, seu Titulo de Processionibus, nec non CEREMONIALE Episcoporum. l. 2. c. 32. & ex iisdem Bauldry P. 2. Man: c. 17. & P. 4. c. 12. à n. 9. Gerlac: Vin: P. 6. Tit. 20. Inter alia præscribuntur Sequentia: 1. Manè die, ac Hora statuta Clerus (indurus Cottis, h. e. superpelliceis) & Populus in Ecclesia congregati, omnes contrito, & humili corde, Deum tantisper fleu- xis genibus deprecantur. 2. Sacerdos Amictu, Albâ, Cingulo, Stola, & Pluviali (vel in hujus defectu saltem Stola supra Superpelliceum) Violacei Coloris in Sacristia indurus, inde, quodam alio, Crucem modò alibi relatò inter 2. Acolythos (Candelabra cum accensis Cereis deferentes) præcedente, procedit ad summum Altare, ibique Clerus, in Presbyterio congregatus, stando cantat Antiphonam: *Exurge Domine &c.*, uti in Rituali Romano. 3. finita Antiphonâ genuflectunt omnes, & duo Clerici (vel Cantores) ante ipsum Altare majus genuflexi, devotè cantare incipiunt Litanias omnium Sanctorum, Choro respondente, & eadem repetituro, si talis sit consuetudo, aut saltem, si longior sit Processio. 4. ubi cantatum fuerit *Sancta Maria ora pro nobis*, surgunt omnes (non ante) ac Ordinatum procedunt, egredientes, Litaniasque prosequentes, præcedentibus Thuriferario, & que, qui defert Crucem, necnon

[Pars II.]

Acolythis, ac Clero, ultimò verò locò Sacerdos, paratus Pluviali, ut supra, ac post eum Populus. 5. Ordine hoc vadit Processio usque ad Ecclesiam, ad quam dirigitur, pro more, ac consuetudine cujuscunque loci; ejusque Ecclesiæ Clerus obviam illi procedet usque extra Portas Templi, ibique stans eam recipiet. 6. Si Processio sit longior, Litanis usque ad preces exclusivè absolutis, vel reperuntur eadem Litanis, vel decantantur Psalmi (saltem aliqui) Pœnitentiales, aut Graduales, usque dum Ventum sit ad Ecclesiam, ad quam terminatur Processio: nullò autem modò in Processione Litaniarum majorum, ac minorum decantari debent Responsoria, aut Hymni, vel cantica Lætitis, ob Rationem supra insinuatam. 7. si in via divertendum sit ad Ecclesiam unam vel plures, post ingressum in talem Ecclesiam intermissis tantisper Litanis, vel Psalmis, cantatur Antiphona cum Versu, & Oratione de S. Patrono illius Ecclesiæ, attamen juxta Bauldryum illa, quæ in Suffragijs pro Commemoratione per annum ad Vesperas dicitur, & non de ipsomet die Festi, nisi sit conformis Commemorationi. Deinde egrediendo resumuntur Litanis, vel Psalmi, procediturque ulterius ad Ecclesiam designatam. 8. Postquam perventum fuerit ad eam Ecclesiam, ad quam juxta consuetudinem loci diri-

[P]

gi-

gitur Processio, tunc, si consuetudo habeat, ut ibi terminetur Processio, dicitur (omnibus genuflexis, etiam celebrante, nisi quod hic ad Orationes surgat) alternatim à Choro Psalmus: *DEUS in Adjutorium &c.*, ut infra, cui celebrans subjungit preces, & Orationes, pariter, ut infra; Litanis vero in hunc modum absolutis, & post eas modò mox dicendò Missâ Rogationum (& quidem sine Commemoratione Festi occurrentis) finitur Processio. Quia verò pluribus in locis consuetudo habet, ut in ea Ecclesia, ad quam dirigitur Processio, ubi ad eam perventum, decanterur quidem ibi Missâ solennis de Rogationibus (in Param: Violac: Coloris) non autem de S. Marco, nisi hic fuerit *Patronus Titularis* illius Ecclesiæ, non tamen in ea Ecclesia modò paulò ante relatò terminetur Processio, sed celebratâ ibi Missâ, ut dixi, Processionali, Clerus simul ac Populus ab ea redire Processionaliter soleat ad primam Ecclesiam, unde discesserant, ideo 9. ubi hæc posterior viget consuetudo, Missâ, ut dixi, finitâ, regreditur Processio ad Ecclesiam, unde exivit, cantando in reditu Litanias, vel Psalmos pœnitentiales, aut Graduales nondum per solutos. 10. Processione in Ecclesiam reversa ab omnibus genuflectitur, diciturque Psalmus: *DEUS in Adjutorium &c.* alternatim ab ipsomet Choro, incipientibus ipsum Cantoribus;

postmodum ab Hebdomadario, Sacerdote Officiatore Pluviali introito, & ante Altare summum genuflexo, cantantur *Preces*: Hic stans (& quidem solus) subjungit *Orationes* in Breviario Romano, Litanias omnium Sanctorum agnatas, Clero de genibus respiciente.

Ad Normam, ac Similiter nem hodiernæ Processionis *Litanie majorum*, instituendæ quoque Triduo ante Ascensionem Domini Processiones seu *Litanie minores*, *Rogationes* seu *Deprecationes* appellatæ de quibus supra P. I. aliæque Processiones extraordinariæ, quæ quandoque ad placandam Iram Divinam introiti solent, & de quibus in specie sunt locis cit: Cæremoniale Episcoporum, & Rituale Romanum (ut & de illis, quæ ex causa lætitiæ, gratiarum actione, aut etiam Translatione Sacrarum Reliquiarum interdum instituuntur) tradentium ordinandarum *Praxim*, ac *Modum*. Videri quoque de iisdem potest Paulus Maria Quarti in *Tractatu de Processionibus* agens Castald. hæc, & Bauldry P. 2. Manu à Cap. 14. usque ad Cap. 19. inclusivè, ubi inter alia etiam tradit ordinem recipiendi Processionem *in Ecclesia*, item *Principes Sacularum* putat: *Imperatorem, Regem &c.*, non *Imperatricem, Reginam*, aliam *Magna potentia Principissam*, ac tandem

Barthol: Gavantus Tom. 1. P. 1. Tit. 19. lit. E. ubi erudita de Processionibus generatim ab eo traduntur; in specie autem de Processione Litaniarum majorum, ac minorum agit Tom. 1. cit. P. 4. Tit. 11. à n. 7. Ubi de Ultrarumque Origine, Notatione Nominis, & causa finali differit; cur item illæ, quæ sunt in Festo S. Marci, dicantur *maiores*, illæ autem, quæ in triduo ante Ascensionem Domini, appellantur *minores*. Circa harum utrasque, ac omnes universim ritè decantandas notare hîc insuper ex Bauldryo cit: P. 2. c. 17. & P. 4. c. 12. & Arnaud: juvat sequentia: 1. Quando dicuntur Litanie pro *vitan-da peste*, vel alia simili de causa, tunc ante Versum: *Per Myslerium Sanctæ Incarnationis tuæ &c* dici debet: *A peste*, vel: *A fame &c*; post Versum verò: *Ut omnibus Fidelibus Desuuctis &c* dici debet iste alius Versus: *Ut à Pestilentia flagello &c*. Idem fiat de alijs Verbis similibus, qui in Litanijs extraordinarijs ità dici possunt, uti videre est in Rituali Romano Pauli V. 2. Si Processio in Festo S. Marci procedat ad Ecclesiam in honorem ipsius S. Marci Deo dicatam, tunc Missam Processionalem in ea Ecclesia non esse cantandam de Litanijs, seu Rogationibus, sed de Festo S. Marci, decrevit Sac. Rit. Congreg. 13. Martij 1603. 3. In Litanijs nominandi sunt Sancti eo Ordine, quo cantantur, ità, ut Ordo præscriptus inverti non debeat, e-

[P 2]

tiam si sint *Patroni*, & *Titulares*: unde non rectè (inquit Bauldryus) nominarentur v. g. Ss. Laurentius, aut Augustinus, ante Ss. Stephanum, aut Silvestrum, more quorundam, qui sæpe nominant Nomen Patroni Episcopi v. g. ante Nomen S. Petri, aut alterius Apostoli, antequam exeant de Ecclesia; hoc enim pugnat contra Ordinem Ecclesiæ: imò ne nominari quidem debent Patroni, aut Titulares Ecclesiæ in Litanijs (seclusò speciali Sedis Apostolicæ Indultò) nisi eorum Nomina sint expressa in ipsis Litanijs; ità enim statutum à S. R. C. 22. Martij 1631. & 1706. 20. Martij expressè decernente, præter Nomina Sanctorum, quæ ibi in Breviario sunt expressa, non licere alia superaddere, etsi sint Patroni Loci, aut Titulares Ecclesiæ &c, in consula Sac. Sede Apostolica. Multò minùs (inquit Arnaud) invocandi erunt in Litanijs ij, qui nondum sunt Canonizati, imò hi neque privatim in Litanijs recitandi. 4. vacante Sede Apostolica per mortem summi Pontificis omittenda est in Litanijs Petitiò de Dominio Apostolico, reticendo hæc verba: *Dominum Apostolicum*, item post Psalmum in Precibus Versum: *Oremus pro Pontifice nostro &c*, ac denique Orationem pro Papa: *Omnipotens sempiternæ DEUS &c*. Vocatur autem Papa *Domnus*, non *Dominus*; quia *Dominus* Titulus *DEI* est, *Dominus* autem

Ho-

Hominis Præclari, ut ex Evodio ad annum Christi 416. docet Baronius; *Apostolicus* autem vocatur Papa, quia Successor est Principis *Apostolorum*, nempe S. Petri. Vide Dominicum & Carolum Macrum (Vulgò Magrium) in Hierolexico, Verbò: DOMNUS, ubi ità scribunt: DOMNUS vox est ab *Ecclesiasticis* locò DOMINI usitata; nam DOMINUS est Titulus solius DEI (intellige per excellentiam) & ideo Hominibus Syllabà demptà DOMNI Titulus datur, juxta illud: Cœlestem DOMINUM, terrestrem dico DOMNUM. Hinc etiam est, quòd licet, cum quis Officium aut Missam privatim seu solus recitat, in Petitione Benedictionis ante Lectiones, aut Evangelium, dicere debeat: *Jube Domine benedicere*, quando quis tamen Officium recitat cum alio, aut in Choro, adeoque Benedictionem ante Lectionem petit ab alio (idem est de Petente Benedictionem ante Evangelium à Celebrante) & sit Episcopo inferior, dicere debeat: *Jube Domine &c.*, non *Domine*. Ratio est; quia in priori casu eam immediatè petit à DEO, in posteriore ab Homine. Gav. S. 3. c. 11. n. 4. Vide *Dicta Ferià II. Rog.*

Quia *Litania Majores*, quæ 25. Aprilis in Festo S. Marci, aut, si in eum Diem incidat Festum Paschæ, Ferià III. subsequente decantantur, uti & *Litania minores*, quæ in triduo *Rogationum* seu *Litaniarum minorum* ante Fe-

stum Ascensu pariter decantantur. Pars Officij illorum Dierum, id est omnibus, qui tenentur recitare *Lectiones* & *Orationes* *Canonice*, præcipiunt Rubricæ Breviarij [& quidem sub *Massa* juxta Communionem, ac probabiliter rem Suarum *L. 4. de Hor. Canon. c. 1. n. 8. & 9.*] ut ij, qui non intercedunt in Processionibus illorum Dierum, *Litanias de omnibus Sanctis* cum annexis *Precibus & Orationibus* [*attamen in Psalms penitentialibus*] recitent. De his illis privatim post Laudes *Domini* Versu *Benedicamus Domino* [*omni* Versu: *Fidelium anima &c.*, ac *Phonâ Regina Cæli &c.*] easdem immediatè subjungendo, & quibus flexis genibus: merorem enim habent, ut indicat Color *Violaceus* illasque Recitantes *Pœnitentium* Statum repræsentant, quos *Justorum*; Unde & in ijs dicuntur *Pœnitentes &c.*, ut ex Joann. Beletio citat Gav. Porro inter *Absentes à Processione* etiam illi [teste Gav. ac alij] numerantur, qui sub Processione omnino non cantant, vel fabulando cum alijs &c. solummodo materialiter decantant *Litanias*, ut P. I. *Petrus Boni Dote. 2. c. 2. q. 5.* Auctoritate, ac Ratione ostendo. An verò ille, qui recitat *Vesperum* cum *Laudibus*, possit etiam statim recitare *Litanias*, cum annexis *Precibus & Orationibus* pro seq. Die, inter *D. D.* Controvertitur. Gav. Tom. 2. S. 4. c. 16. n. 6. censet, posse id licitè fieri.

Quia

Quia, inquit, Rubrica conjungit Litaniam cum Laudibus, quibus idcirco admittitur Versus: Fidelium, & Accessorium sequitur naturam sui Principalis, quod in hoc casu sunt Litanie. Atque hanc Gavantii sententiam sub quoque calculo olim probavit P. Gobat Tr. 5. n. 615. At contrarium [& merito meo iudicio] tenent P. Thom. Tamburini l. 2. in Decal. c. 2. §. 5. n. 7. & P. Joan. Stoz. in Tribun: nec non P. Carolus Guyet in sua Heortologia l. 4. c. 2. q. 6. tales pro hac Sententia adferens Rationes, ut etiam P. Gobat eam tanquam *Verosimiliorem* (ob Rationem cit. P. I. Pastoris boni ad me influatam) in posteriore sui Operis Editione Tr. 5. n. 616. amplectatur.

Ubi viget *Consuetudo abstinentiæ à Carnibus* in Festo S. Marci, seu die Litaniarum majorum, vel etiam Statutum Capituli *Rogationes, de consuetudine distinct. 3.* similiter imperans *Abstinentiam à Carnibus in 3. Ferijs Rogationum*, ibi ejusmodi Consuetudini, ac Statuto mos erit gerendus juxta Menturam obligationis, quæ juxta Communem sensum censentur obligare, vel non obligare in ejusmodi loco. An autem, & quomodo etiam transferenda sit illa abstinentia in ejusmodi Locis tunc, quando Festum S. Marci incidit in Feriam II. vel III. aut IV. Paschæ (uti in hanc ultimam incidit 1685. & 1696.) vel in ipsam Dominicam in Albis, uti incidebat

1677. Videri potest apud cit: Guyet, & P. Claud: La Croix Tom. 4. l. 4. n. 1291. Qui posterior Tom. 1. l. 1. n. 571. & 592. ex P. Gobat insuper tradit Regulam cognoscendi, an consuetudo ejusmodi sit solummodo devotionalis, an verò obligatoria sub Reatu Culpæ, qualem supponit dari in Diocesi Monasteriensi, Parisina &c.

In II. Vesperis S. Marci (dicendis, ut in Commun: Apostolor: & Evangelistar: Temp. Pasch: except. Orat.) fit Commemoratio de Festo sequenti, etiam ibi, ubi S. Marcus est Patronus Titularis Ecclesiæ, ei verò Commemorationi præponitur Commemoratio de Dominica, quando Festum hujus S. Evangelistæ incidit in Dominicam. *Col. Rub.*

Quando Festum S. Marci, & Festum Ss. Apostolor: Philippi, & Jacobi simul transferuntur, tunc ex Decreto Sac: Rit: Congr: de anno 1666. 18. Septemb: prius reponendum, seu celebrandum est Festum S. Marci, & postea primùm Festum Ss. Apostol: Philippi, & Jacobi: id quod ipsum Directorium Romanum 1707. exactè observavit, non obstantibus ijs, quæ Gavantus tradit P. 2. Sect. 3. de concurr: cap. 9. n. 3. & in Tabula 34. Ubi Festum S. Marci celebratur cum Octava, ibi infra Octavam Lectiones in II. Nocturno dicuntur, prout notantur in OCTAVARIO ROMANO à fol. 193. *Tit. Infra Octa-*

vam Evangelistar. In III. Noct: autem prout notantur ibid: à sol. 208. Tit. eod.

26. Ss. CLETI, & MARCELLINI Pontif: & Marr: Semid. Col. Rub. OFFICIUM, ut in Commun: plur: Marr: Temp. Paschal. Oratio: *Beatorum Martyrum, pariterque Pontificum &c*, de Commun: plurim: Marr. Lectiones I. Nocturni, quando Feriâ II. Rogationum hodie non occurrit, sunt de Scriptura occurrente. II. propriae. III. *Ego sum vitis, vos Palmites &c*, ut in Commun: Marr. Temp. Pasch. 2. locò. Si autem hoc Festum celebretur Feriâ II. Rogationum, tunc Lectiones I. Nocturni sumuntur ex Comuni Martyr: extra Tempus Paschale de Epist: B. Bauli ad Rom: *Fratres Debitorum &c*, & 9. *Lectio legitur de Homilia Ferie*; cum Commemoratione ejusdem in Laudib: ac Missa, ut infra. Similiter si aliquod ex sequentibus Festis 9. Lectionum occurrat dictâ Feriâ II. Rogat: aut in Vigilia Ascensionis, in J. Nocturno leguntur Lectiones, quæ habentur in Comuni illius Sancti extra Tempus Paschale, nisi propriae assignentur, aut ponendum sit Initium alicujus Epistolæ præcedentis Dominicæ, quod omissum sit ob aliud Festum in ea celebratum, in quo propriae Lectiones sint assignatæ. Rubr: *Brev: hîc*. Pari modo dicitur 9. Lectio in Officio, & ult: Evangelium in Missis Festivis, de Fer: II. Rogationum, aut Vigiliâ Ascens: quando

hæ in aliquo sequentium Festorum Lectionum occurrunt, cum illarum eodem Officio, ac Missâ privatâ Fervâ Commemoratione: occurrente Festo 9. Lection: in Feria 3. Rogationum nihil sit de illa in Officio. Incipit hoc Festum in Dominica transferretur in *Vesperis*, ac *Laudibus* fit Commemoratio: Paschalis de Cruce, ut veniat infra aliquam Octavam.

MISSA: *Sancti tui Domini* [2. de Comuni Marr: Temp. Paschal: extans in Ordine in recentibus Missalib.] cum *Glor: sine Orat: 2. Concede. 3. Ecclesie*, vel *Pap: Præf. Paschal. Col. Rub.* Si hodiernum, aut aliud festum Semidupl: hujus, vel sequentis Mensis incidat in Feriam II. aut Rogationum, tunc in Missis propriis [nisi simul occurrat *Dies infra Octavam* aut *Festum simplex*]. Oratio est de Rogationibus. 3. *Concede*, si Festum Simplex non occurrat, si sine Missæ talis Festi, si cadat in Feriam II. Rogationum, legitur Evangelium Missæ Rogationum; Evangelium autem S. Joannis, si id cadat in Feriam III. Rogationum: in qua si occurrat *Festum Simplex*, Commemorationem de Rogat: fiet post Commemorationem de Simplicibus, secus alio Simplex simul occurrat in FERIA Rogationum; quia hæc est *feria major*, non item illa. Ar. *versus Ecclesijs Cathedralibus*, & Collegiis cantantur tunc duæ Missæ, una

Festo post TERTIAM, Altera de Festa Rogationum post NONAM, & tunc in Missa de Festo [nisi simul occurrat *Dies infra Octavam*, aut *Festum Simplex*] quam de Rogationibus, Oratio 2. est *Concede*. 3. Ecclesiae, vel pro Pap. Praefatio utrobique Paschalis, & in fine utriusque legitur Evangelium S. Joannis.

Si denique ejusmodi Festum semidupl. incidat in Feriam IV Rogationum, tunc in Missis privatis 2. Oratio est de Vigilia Ascensionis Domini. 3. de Rogationibus. Praefatio Paschal: & in fine Evangel. de Vigilia Ascens. Col. Festo conveniens. In Ecclesijs, verò Cathedralibus, & Collegiatis cantari tunc debent, juxta propr. Rubr. hinc 3. Missae. Prima de Festo post TERTIAM Col. Rub. secunda de Vigilia post Sextam Col. Rub. 3. de Rogationibus post NONAM in paramentis Violacei Coloris, & in qualibet illarum (cum Exceptione tamen aliqua mox subjungenda) Oratio 2. est *Concede*. 3. Ecclesiae, vel pro Pap. Praef: Paschal: ac in fine utriusque dicitur Evangel. S. Joannis Gav. To. 1. P. 4. Tit. 11. n. 14. & Tit. 15. n. 9. ubi observat, Missam hujus Vigiliae ideo dici post Sextam; quia est Vigilia, quae non jejunatur (eò quòd nondum ablatas ab Ecclesia sit Sponsus, sed eras primum repraesentativè ab ea auferendus) esto alicubi hodie servetur abstinentia à Carnibus, ut supra. Si

in Triduo Rogationum una cum Festo Semidupl. occurrat *Dies infra aliquam Octavam*, aut *Festum simplex* tunc Feria II. Rogation. in Missis privatis, dicendis de Festo, Oratio 2. est de Die infra Octavam. 3. de Rogationibus: 4. de simplici, si quòd simul occurrat: quòd si non occurrat *Dies infra Octavam*, 2. Oratio erit de Feria II. Rogat. 3. de simplici: in Missa verò Conventuali de ejusmodi Festo Oratio 2. erit de Die infra Octavam, vel de Festo Simplici simul occurrente, 3. *Concede*, sine Commemorat: de Feria II. Rogat: Feria autem III. in ejusmodi *Dies infra Octavam*, aut *Festum Simplicis cum Festo Semidupl.* occursu in *Missis privatis de Festo* 2. Oratio erit de Die infra Octavam, vel de Simplici. 3. verò, seu ultima, de Rogationibus: in Missa autem *Conventuali Festiva* Oratio 2. est de Die infra Octavam, aut Festo simplici. 3. *Concede*. sine Commemoratione de Rogationibus.

Feria denique IV. Rogationum, seu in *Vigilia Ascens.* in supra memorato *Dies infra Octavam*, aut *Festum Simplicis cum Festo Semidupl.* occursu in *Missis privatis de Festo* 2. Oratio est de Die infra Octavam (si talis occurrat) 3. de Vigilia, 4. de Festo simplici, & ultima de Rogationibus: quia, ut Gavantus To. 1. P. 4. Tit. 11. n. 14. observat) *Festum simplex* praecedit Feriam III. & IV. Rogation: quae tales etiam in Missa, quarum neutra in Officio aliquam habet juxta eundem Com.

Com.

Commemorationem : in Missa autem Conventuali de Festo 2. Oratio tunc erit de Die infra Octavam. 3. seu ultima de Festo Simplicis, si tale simul occurrat ; quòd si verò tantum vel Dies infra Octavam, vel tantum Festum Simplex simul occurrat, tunc 3. Oratio erit : *Concede*, juxta Rubric: Gen. VII. Missal. & Gavant: ibid: Lit. H.

Vespera (nisi cras occurrat Dominica, aut Festum 9. Lectionum) integræ dicuntur de SS. Cleto & Marcellino, ut in II. Vesperis plur: Mart: Temp. Paschali, cum Commemoratione Paschali de S. Cruce, cui pramitteretur Commemoratio de B. V. in Sabbato (ut in ejus Officio Temp. Paschali) quando hodiernum Festum incidit in Feriam VI. & cras faciendum est de B. V. in Sabbato.

Si autem cras occurrat Dominica, vel Festum semiduplex, aut dies infra Octavam, *Vespera* à Capitulo erunt de sequenti cum Commemoratione præcedentis. Si verò sequatur Duplex, integræ erunt de sequenti, cum Commemorat: præcedentis.

27. Si hodie, vel cras occurrat fieri Officium 9. Lectionum [v. g. de Dominica, aut Festo translato] quòd non sit 1. vel 2. Classis, aut cras fieri debeat de B. M. in Sabbato, tunc in hodiernis Vesperis fiet de S. Vitalis Martyre solummodo Comme-

moratio, uti etiam, si cras occurrat fieri de Feria 2. Rogationum, de Vigilia Ascensionis ; quia hodiernæ Vesperæ integræ erunt Feria hodie currente cum Oratio Dominicæ præced: ; si quæ Commemorat: duntaxat de S. Vitalis (ob Rationem alibi datam) et subjungetur Commemoratio Paschalis de Cruce. *Col. Alb.* Extra cras verò hætenus exceptos hodiernæ Vesperæ dicuntur usque Capitulo de Feria hodie currente, ut in posteriori Tempore paschali, à Capitulo verò de S. Vitalis Mart: ut in Commun: Un: Mart. Temp. Paschali. Oratio : *Præsta quasumus omnipotens Deus ut qui Beati &c.* ima, de commun: Un: Mart. *Col. Rub.*

28. S. VITALIS MART. Simplex. *Col. Rub.* Nisi veniat hoc Festum in Diebus mox excipiendis, habet eo Officium, ut in commun: Un: Mart. Tempore Paschali. Ad Matutin: Invitatorium, & Hymnus in Commun: Un: Mart. Temp. Pasch. Antiphon: *Alleluja* : *Psalms* Feriat: duæ Lectiones de Scripturis hac die occurrente (nisi ponatur sit Initium Epistolæ præced: Dominicæ nondum positum) 3. *Prop* Vers: Responsor: & Reliqua, in præ Die 14. & 17. hujus in Festo Aniceti. Missa [quando hodiernum Officium sit de S. Vitalis] est : *Prop* *existi me &c.* r. de Commun: Mart. Temp. Paschali, cum *Glor: sine Con*

Orat. 1. *Prostra quesumus omnipotens*
DEUS, ut in ead: Miss. 3. locô. Orat.
 2. *Concede.* (nisi veniat in Feria III.
 Rogat.) 3. *Ecclesia, vel pro Pap. Præf:*
Pasch. Col. Rub. Si incidat Festum
 S. Vitalis, aut aliud Festum Simplex
 in Feriam III. Rogat: Offic: fit de il-
 lo sine Comem: de Feria, sed tantum
 de Cruce: at Miss: priv: dici possunt
 tunc vel de Sancto in *Param: Rubr:* vel
 de Rogationibus in *Param: Violac.* Si
 fiat de Festo, Oratio 2. erit de Rogat-
 ionib. 3. *Concede:* dicereturque *Gloria*
 (sine *Cred.*) necnon Præfat: Pasch:
 & in fine *Evang: S. Joann.* Si fiat
 de Rogationibus, tunc (omisso tam
Gloria quam Credo) Oratio 2. erit de
 Festo. 3. *Concede. Præfat: Paschal.* In
 fit. *Benedicamus,* & *Evang: S. Joan-*
nis. At verò Missa Litaniarum, seu
 Processionis occurrente ejusmodi Fe-
 sto Simplici semper dicitur de Rogat-
 ionibus sine Commemoratione Festi
 occurrentis; & in ea Oratio 2. *Con-*
cede. 3. Ecclesia, vel pro Pap. &c. Si
 incidat hodiern: Festum in Sabba-
 tum non impeditur Officiò 9. Le-
 ctionum, aut in Feriam II. vel IV.
 Rogationum, fit de eo tantum Com-
 memoratio in pridianis Vesperis, ac
 hodiernis Laudibus, & Missa, sine
 Lctione. Pari modò fit de eod: so-
 lummodo Commemoratio (attamen
 cum 9. Lctione de illo in Officio)
 quando vel occurrit in *Dominica in*
Albis, vel in alia per annum, in qua
 fit de ea Officiù, vel incidit in Festum

[Pars II.]

occurrentis, vel translatum 9. Lectio-
 num, modò hujusmodi Festum, in
 quod incidit, non fit Festum Duplex
 1. *Classis,* (uti est Ascensio Domini,
 item Feria II. ac III. infra Octavam
 Paschæ) nec celebretur in ipsa Do-
 minica: nam si fit Festum 1. *Classis,*
 nihil prorsus fit in Officio, ac Missa
 de Festo Simplici occurrente; Si verò
 fit Festum Duplex inferioris quidem
 Class: attamen incidat in Diem Domi-
 nicam non privilegiatâ, tunc fit quidè
 hodie de eo Comemorat: in Laudib:
 ac Missa (excipe Missam solennem, si
 hodie occurrat Duplex 2. *Classis*) Le-
 ctio tamen nona tunc non dicitur de
 Festo Simplici hodie simul occurren-
 te, sed de Dominica currente, de qua
 dicitur tunc etiam ultimum Evange-
 lium in hod: Missa. Si denique in-
 cidat hoc Festum in Feriam IV. in-
 fra Octavam Paschæ, tunc in pridia-
 nis Vesperis nulla quidem fit de eo
 Commemoratio, fit tamen de illo
 Commemoratio (attamen sine Le-
 ctione) in hodiernis Laudibus, &
 Missa. Atque modò hucusque de-
 claratò Ordinantur quoad Offic: &
 Miss: etiam alia Festa simplicia usque ad
 Ascensionem Domini deinceps oc-
 currentia. Quòd si aliquod illorum
 incidat in Festum 1. *Classis,* nihil fit
 de illo tam in Officio, quàm in Missa:
 si incidat in Festum 2. *Classis,* dic: de
 eo 9. Lect: extra Dominicâ, & Comem-
 moratio fit de illo in Laudib: & Missis
 priv: tantum. Si denique veniat infra
 Octa-

[Q]

Octa-

Octavam Ascens: aut in alijs Festis
9. Lectio: quæ non sunt 1. vel 2.
Classis, sit de illo Commemoratio in
I. Vesperis, Laudib. ac Missa, cum 9.
de eodem Lectio, si propriam ha-
bear; id quod semper subintelligi-
tur, quando dicitur, quòd dicenda
sit 9. Lectio de Festo Simplicis, quan-
do id occurrit in Dominica, aut Fe-
sto 9. Lectio, &c. Quòd si S.
Hermenegildus, aut aliud Festum
habens Missam *Protexisti me DEUS*, in
hodiernam diem transferatur, Secre-
ta pro Commemoratione de S. Vi-
tale est illa, quæ in eadem Missa
assignatur pro Martyre tantum se-
cundò locò, & incipit: *Accepta sit &c.*
idem est de Postcommunione, quæ
in eo casu pro S. Vitale pariter est il-
la, quæ ibi 2. locò assignatur, ac in-
cipit: *Resecti Participatione muneris Sacri.*

VESPERÆ hodiernæ dic: de seq:
Festo S. Petri Martyris (nisi id ob-
cras occurrentem Octavam Paschæ,
aut Festum I. Classis sit transferen-
dum) sub Ritu dupl. minor: ut in
Comun: Un: Mart: Temp. Paschal:
excepta Orat: propr. *Col. Rub.*

29. S. PETRI MART. Dupl. min.
Col. Rub. OFFIC: de Commun: Un.
Mart: Temp. Pasch. Lect: I. Noct: de
Scriptura occurrente, nisi ponen-
dum sit hodie Initium alicujus Epi-
stolæ præcedentis Dominicæ, quod
nondum poni potuit, aut nisi hodie
occurrat Feria II. Rogationum, vel
Vigilia Ascensionis, nam in utroque

posteriore hoc casu sumuntur La-
ctiones pro I. Nocturno hodierni
sti ex Communi plurimor: Mart:
Fratres, Debuores sumus, &c., non
tem illæ, quæ ponuntur in Co-
muni Un: Martyris, & incipiunt
A Mileto &c.; hæ enim posterio-
sunt tantum pro Martyre Pontifici,
ex Rubrica ipsi præfixa constat.
ctiones II. Noct. propriæ. III. *Non
Ego sum vitis vera &c.*, ut in Commu-
Mart: Temp: Pasch: 1. locò. Secre-
curat in Dominicâ, vel Feriâ III.
gat: aut in Vigil: Ascens: dicitur
Lectio de illa Dominicâ, aut Feriâ
aut Vigil: cum Commemorati: ex
suis locis in Officio, & Missa, ac
in hac de ead. Evangelio.

MISSA: Uti notatur in loco
cum *Glor:* sine *Credo* (nisi in propo-
Ecclesia, aut nisi veniat in Domini-
ca, vel infra Octav: Ascens: &c.) O-
ratio unic. Præf. Paschal. *Col. Rub.*
Quando incidit hoc Festum in Feriâ
IV. Rogationum, seu in Vigiliam *Ascep-
nis* (uti contigit 1693.) cantari de-
bent in Ecclesijs Cathedr: & Col-
giat: 3. Missæ Convent: Prima de Temp:
post TERTIAM, sine Commemora-
ne, nisi Festi simplicis, si quod
cubi occurrat: *Secunda* de Vigiliâ post
SEXTAM; quia est Vigilia, quæ
jejunatur, ut habet Phrasis Rubricæ
starum, & probat Gav: P. 4. Tit. 1.
n. 9. *Tertia* de Rogationibus post NO-
NAM, & in qualibet illarum dic: Pro-
fatio Pasch: & in fine Evangelium
Joan.

Joan. In Secunda, & Tertia illarum
Oratio 2. Concede. 3. Ecclesie, vel pro
Pap. In 1. & 2. dic: Gloria sine Credo.
Tertia dic: sine Glor: & Credo, ac in
fine illius Benedicamus. Si hoc, aut
aliud Festum Duplex incidat in Fe-
riam II. Rogationum, Missæ privatæ
dicuntur de Sancto cum Commemo-
ratione Rogationum, & post hanc
Festis simplicis, si quod simul occurrat;
in fine quoque Missarum ejusmodi
privatarum legitur Evangelium de
Rogationibus, uti & 9. Lectio in Of-
ficio de eadem Feria II. Rogat: cum
Commemoratione ejusdem in Lau-
dibus tantum; at verò de Festo sim-
plici fit Commemoratio: non modò in
Laudibus, sed etiam in 1. Vesperis,
siquod Feria II. Rogat: occurrat, at-
tamen sine Lectione de illo in Officio
in hoc casu, etiam si alioqui propriam
habeat. Missa autem Litaniarum mi-
norum, seu illa, quæ dicitur ad
Processionem, nec non illa, quæ in
Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis Die
illo canatur post NONAM, dicitur de
Rogationibus, sine Commemoratione
Festis occurrentis, & sine Glor: ac Cre-
do. Oratio 2. Concede. 3. Ecclesie, vel
pro Pap. Præf: Pasch: (cantanda to-
no feriali) & in fine: Benedicamus,
cum ult: Evangel: S. Joannis; quod
Evangelium etiam dicitur in fine il-
lius Missæ Convent: quæ in Ecclesijs
Cathedralibus, & Collegiatis dicitur
post TERTIAM de Festo, sine Com-
memoratione de Rogationibus, sed Fe-

sti Simplicis tantum, siquod occur-
rat, & ante illud de Die infra Octa-
vam, siquæ alicubi occurrat.

Si hoc, aut aliud Festum Du-
plex occurrat Feria III. Rogat: Offic:
fit de eo sine Commemoratione de
Feria, sed de Simplici occurrente
tantum, ac 9. Lectione, si propriam
habeat: Missa quoque privata dic:
de Sancto cum Comemoratio: de Ro-
gationib: & ante eam de Festo sim-
plici, siquod simul occurrat: Missa
autem Litaniarum minorum, seu illa,
quæ dicitur ad Processionem, dicitur
ut heri: in Ecclesijs verò Cathed-
ralib: & Collegiatis dicuntur duæ
Missæ, una de Festo cum Glor: &
Comemoratio: de Festo Simplici tan-
tum; & ante illud de Die infra Oc-
tavam, siquæ simul alicubi occur-
rat: altera verò de Rogationib: ut
heri, in Param: Violac: Prior dicitur
post TERTIAM, posterior post NO-
NAM: & in utraque Præfatio Pasch:
(nisi Festiva propriam habeat) & in
fine utriusque Evangelium S. Joan.

Si denique hoc, aut aliud Fe-
stum Duplex celebretur infra Octa-
vam Ascens: Offic: & Missa ordinantur
modò inferiùs Die 2. & 3. Maij &c
referendò.

VESPERÆ (si hodie factum fuit
de S. Petro, & sequens Festum vel
ob occurrentem Octavam Paschæ,
vel ob cras occurrens Festum Ascen-
sionis &c, non est transferendū) dic:
à Capitulo de S. Catharina Senensi
Virg:
[Q 2]

Virg: cum Commemorat: S. Petri Martyr. Oratio propria. Reliqua ut in Communi Virginum Ritu Paschali, supra 17. Martij, & P. I. Tit. De Fer. II. post Dominicam in Alb: descripto. Col. Alb.

Si Festum hodiernum S. Petri, aut crastinum S. Catharinæ, vel aliud ex sequentibus incidat in Octavam Paschæ, aut in Festum Ascensionis, transferri id debet in Diem proximam non impediram.

30. S. CATHARINÆ SENENS. Virg: Dupl: min. Col. Alb. Nisi hoc Festum (eò quòd veniat vel infra Octavam Paschæ, vel in Die hujus Octava, vel in Festo Ascensionis Domini) debeat juxta heri dicta transferri in aliam Diem proximam non impeditam, tunc hodie fit de eo OFFICIUM (Ritu Paschali supra descripto) ut in Communi Virginum tantum. Lectiones I. Noct: de Scriptura occurr: nisi ponendum sit Initium alicujus Epistolæ, quod suo Die poni non potuit, aut nisi hodie occurrat Fer: II. Rogat: vel Vigilia Ascensionis; quia in posteriore utroque hoc casu Lect. I. Noct: sumuntur de Communi Virginum: *De Virginibus Præceptum Domini &c.* Lect: II. Noct: propr: III. Noct: *Simile erit Regnum Calorum decem Virginibus &c.* ut in Communi Virg. Oratio propr: ex hesternis Vesperis.

MISSA: *Dilexisti &c.* 1. de Communi Virginum tantum, cum *Glor:*

fine *Credo* (nisi veniat in Dominica non privilegiata, aut celebretur in Octav: Ascensionis) Oratio propria & Secreta, ac Postcommunio correspondens. Præf: Pasch. Col. Quando incidit hoc Festum in Vigilia Ascens: in Ecclesijs Cathedralibus Collegiatis cantari debent 3. Missæ. 1. de Festo post Tertiam sine Commemoratione, nisi Festi Simplicis alicubi occurrat. 2. de Vigilia post SEXTAM, ob rationem supra dictam. 3. de Rogationibus, post NONAM, in omnibus tribus dic: in fine Evangelij S. Joannis. In secunda, & in illarum Orationes, & alia dicuntur ut Die 26. ac 29. hujus.

VESPERÆ (nisi cras occurrat Festum Ascensionis Domini, ut fies 1704.) sunt de Ss. Philippo, & Jacobo Apost: sub Ritu dupl. 1. Classis Antiphona: *Domine, ostende Nobis* cum reliquis de Laudibus; Psalms Capitulum, Hymnus & cetera (præter Orationem, quæ est propria) dic: ut in Communi Apostolorum Tempore Paschali, cum Commemoratur: solius S. Catharinæ Senensis, nisi ubi crastinum Festum Philippi ac Jacobi, vel de utroque vel de alterutro illorum celebratur sub Ritu duplici 1. Classis; ibi enim nulla fit Festi præcedentis (etiam duplicis, nisi fuerit 1. vel 2. Classis) Simplicis sequentis Commemoratio: solius Dominicæ, si quæ sequatur, autem, si quæ antecedit; nam Dom

Antecedentis hoc Festum ne
quidem ibi fit Commemoratio, ubi
cum Ecclesia universali celebratur
tantum ut duplex 2. Classis. Rubr.
Gen. IX. n. 6. Col. Rub. Si in cra-
stinam Diem incidat Festum Ascen-
sionis, in hujus 1. Vesperis pariter
nulla fit Commemoratio S. Catha-
rinae Senens: nisi ubi illa est Duplex
1. vel 2. Classis, nulla autem penitus

tam hodie, quam cras Festi Simpli-
cis alicubi cras una occurrentis.

NB. Quia aliqua Festa in fine
Maij, ac Initio Junij occurrunt
mutant aliquando Riturum à Tempo-
re Paschali ad non Paschale, & è
converso, ideo si *Missa*, vel *Officia*
propria tunc Temporis desint, erunt
sumenda de Comuni, & Ritu Tem-
pori illi conveniente celebranda.

TITULUS V.

Singularia Festorum Mensis Maij,
qui habet dies XXXI.

S. PHILIPPI, & JACOBI Apo-
stolorum. Dupl. 2. Classis.
Col. Rub. OFFIC: ut in Com-
muni: Apostolor: Temp: Pasch: ac
propr: locò. Lect. I. Noct: de Initio
Epist: B. Jacobi Apost: ut in Domi-
nica IV. post Pascha, nisi de Epi-
stola illa jam antecederet cœptum
fuerit legi hoc Tempore; tunc enim
hac die ponitur de ea in I. Noct: id,
quod illo die occurrit, uti propria
hujus Festi Rubrica monet. Si idem
hoc Festum veniat in Sabbato post
Dominicam III. post Pascha, tunc in
Dominica IV. debent legi Lektionen
Feriae II. sequentis, nè bis duabus
diebus immediatè legatur Initium
eiusdem Epistolæ. Lect: II. & III.
Noct: propr. Si hodie alicubi oc-
currat Festum simplex (quale in

Diocesi Passaviensi, & Ratisbonensi
est S. Walpurga) ibi de eo legitur
9. Lectio, nisi hoc veniat in Domi-
nica, & fit de eod: Commemoratio,
sed in Laudibus, & Missis privatis
tantum: si verò hodie occurrat Do-
minica per annum, tunc de illa le-
getur 9. Lectio (non de Simplicis, si
quod simul occurrit) & ultimum E-
vang: in Missa, fietque de eadem
Commemoratio etiam in 1. Vesperis,
& [ante Commemorationem de
Simplici occurrente] in Laudibus,
Missa, ac 2. Vesperis, nisi cras oc-
currat Festum 1. aut 2. Classis: tunc
enim in 2. Vesperis non fit amplius
Commemoratio Dominicæ per annum,
seu non privilegiatæ, ut supra dictum.

Missa propria cum *Glor: & Cred:*
Oratio Unica, nisi occurrat *Dominica*,
[Q3] AUS